

VI.
SCHOLAE MODERATORIS CHARACTERES

SERENISSIMVS PRINCEPS AC DOMINVS,
DOMINVS
FRIDERICVS III,

DVX SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE QVOQVE ET WESTFALIAE,
COMES PROVINCIAE THVRINGIAE, MARCHIO MISNIAE, PRINCIPIS DIGNITATE COMES
HENNEBEGIAE, COMES MARCAE ET RAVENSBURGAE, DYNASTA RAVEN-

STEINI, TONNAE, REL.
OPTIMVS PATRIAE PRINCEPS AC DOMINVS NOSTER LONGE
CLEMENTISSIMVS

QVVM VII. KALEND. MAII, clo Idcc LII,

DIEM NATALEM EXOPTATISSIMVM

FAVSTISSIMO SIDERE REDEVNTEM VIDERET, VT AD EVM DEVOTISSIME CELEBRANDVM
VIRI,

PERILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIMVS

DVCAL. EISENBERG, PRAEFECTVRAE PRAESES,

SERENISSIMO DVCI SAX. GOTH. A CONSILII INTIMIS, REL.

ILLVSTRES ET GENEROSISSIMI AVLAE PROCERES,

INSPECTORES SCHOLAE GRAVISSIMI,

IN HISQVE

EPHORVS MAXIME VENERABILIS

ET QVOTQVOT

MVSARVM ALVMNIS PATROCINANTVR FAVENTQVE, PIETATE
POTISSIMVM ET REVERENTIA

IN CLEMENTISSIMVM PATRIAE PATREM DEVOTISSIMA MOTI,

HORA IX. EIVSDEM DIEI LAETISSIMAE IN ACROATERIO MAIORI,
SEPOSITIS AD BREVE TEMPVS NEGOTIIS, ITERVM FREQUENTES COMPARARE
NE DEDIGNENTVR,

QVA MODO FIERI POTEST REVERENTIA ATQVE HVMANITATE INVITAT

M. IOH. DAVID GSCHWEND, RECTOR.



IIENAE, LITTERIS WERTHERIANIS.



Siae Europaeque magnus ille domitor non nisi a pictorum principe depingi voluit, veritus, ne imperiti praefantissimae artis penicillo deformetur. Nec flagrans magnorum terrarum Principum cupido, ut virtutum praecones napeiscantur Demosthenes, Tullios, Caelios, Fabios, omnino est improbanda. Quibus enim ingenii acumen, quibus vis & verborum copis, quorum orationibus sententiarum lumina defunt, eos velvni animi ornamento, quo D. Titus inclaruit, celebrando haberes pares?

In virtutum laudes SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI, DOMINI FRIDERICI III. DVCS SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE AEOVE AC WESTFALIAE, COMITIS, PROVINCIAE THVRINGIAE, MARCHIONIS MISNIAE, PRINCIPIS DIGNITATE COMITIS HENNEBERGIAE, COMITIS MARCAE ET RAVENSBERGAE, DYNASTAE RAVENSTEINII, TONNAE, RELIQ. PRINCIPIS AC DOMINI NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI quorundam Alumnorum excurrere annitentium memoriam ad voluntatis Alexandri M. cogitationem excitabam: *O mei, inquires, ex virtutibus SERENISSIMI FRIEDERICI, Patris patriae optimi, hunc Principis adeo titulo praefertis, materia dicendi omnium est largissima. Verum enim vero, licet vnam modo, qua ad benignissimum Numen proxime accedit, gloria & praedicatione efferre conemini; tantum abest, vt ad eam dicendo exhauriendam vos autumem idoneos, vt potius vos ducam longe inferiores & limeam, ne formosissimam huius virtutis imaginem deformetis. Qui assequimini PRINCIPIS SERENISSIMI munificentiae gloriam in Templis, in Academijs, in Scholis, in primis hanc in Musarum sedem, cuius salusem Firis in tanta Eminentia constitutus, tanto splendore fulgentibus, Perillustri Hagiosynedrui Altenburgi felicissime florentis magnis Luminibus; cuius curam spectatissimis Ephoro cum Grauisimo Inspectoribus quam clementissime commisit? Sed indulgendum erat pietati deuotissimae.*

Quapropter hoc auspiciatissimo MITISSIMI PATRIAE PATRIS Die Natali
ADOLESCENTES HYMANISSIMOS,
PIETATE, INDOLE AC DOCTRINA FLORENTES, DE ECCLESIA PRAECONVM
V.D. OPTIME MERITORVM FILIOS AD VNVM OMNES DILECTISSIMOS,

THEOPHILVM KOENIGVM, Camburg, Terrae Orient.
de Munificentia generatim;

IOHANNEM FRIDERICVM OERTELIVM, Luibschvicensem Variscum,
de Principis Munificentia in Templis, utrumque Latino Idiomatic;

EPHRAJM CRISTIANVM GERHARDVM SCHELLERVM,
Hermstadiensem Thuringum,
de Principis Munificentia in Academijs;

CHRISTIANVM FRIDERICVM BERGLERVM, Mærsdorf, Terrae Oriental.
*de Principis Munificentia in Scholis, utrumque Germanico dicturos
demandatisque officiis pro viribus functuros esse confido.*

Vt gratiae atque benignitatis riuus limpidissimi ex omnium bonorum scaturigine in SERENISSIMVM PRINCIPEM AC DOMINVM, DOMINVM NOSTRVM CLEMENTISSIMVM se effundant vberissime, quo & hoc anno cum SERENISSIMA PRINCIPLE AC
DOMINA

HEMPE LITERS WERTHEIMAR

DOMINA, DOMINA NOSTRA CLEMENTISSIMA, SERENISSIMO PRINCIPE HEREDE,
SERENISSIMIS IUVENTVTIS PRINCIPIBUS vniuersam DOMVM SAXONICAM GOTH-
NAM SERENISSIMAM videamus florentissimam bonisque auctam saluberrimis, TE,
benignissime DEVS, precamur ardentissime!

Me nondum argumenti telam de Scholarum Origine pertexuisse, in
mentem redit: quare, vt colophonem addam, iam totus in eo sum futurus.
Germanis antiquissimis temporibus fuisse Scholas, probatu admodum
est difficile. Cum ingenti quidem corporum magnitudine incredibilis vir-
tus & exercitatio in armis coniuncta legitur: contra ea neque Druides, qui
rebus diuinis praefuissent, habuisse, neque sacrificiis studuisse, Deorum vero
numero eos duxisse perhibentur solos, quos audissent & quorum opibus a-
perire iuti. Quodsi igitur testibus *Iul. Caesare de Bell. Gall. Lib. I. cap. 19. 19.*
lib. VI. cap. 21. sq. Tacito de German. Morib. cap. 19. sq. Floro, Lib. III. cap.
10. omnem vitam venationibus atque rei militaris studiis gens nostra a par-
uulo labori ac duritiae adhaerere transiit; quodsi dominus & seruus nullis edu-
cationis deliciis dignoscendi litterarumque secreta viris pariter ac feminis
ignota fuere; quodsi gentium immanissimorum Maiorum vultum oculorum-
que aciem Galli saepe numero cum eis congressi ne ferre quidem potuerunt,
Romani autem congressuri testamenta passim vel in ipsis principiis metu,
clade potissimum Duce Varo accepta, exanimati scripserunt: litterarum stu-
diis priscos non vacasse, a veritatis tramite neutiquam abhorret. Qui,
quaeso, etiam Germani e Scythia oriundi, quod celeb. quondam *Historiogr.*
Saxon. Struuito in Synagm. Hist. German. Diss. I. sq. visum est, a semet ipsis
impetrare quouisent, vt breui intra Germaniae fines ingressi quicquam ex pa-
trio labare fuissent more? Attamen posthac modestiorem vitae consuetudi-
nem, Romanis satis longo temporis intervallo heic terrarum commorantibus,
captauisse simul atque de liberorum institutione fuisse sollicitos, eo est verisim-
ilius, quod in quinquaginta amplius castris ad Rheni ripam extractis ead-
em a Romuli posteris non neglecta creditur. Maiores hac de causa ad
compositam vitam & elegantiorum litterarum fundamenta deductos nonne
gratulatione potius, quam querela dignos existimarem?

Recentiori superata gentili superstitione aeuo scholae Carolo M. eique
inuitissimo erigendae Saeculo a B. Virginis partu octauo curae fuerunt assi-
due. Nisi quippe humanitatis & litterarum studiis feri atque agrestes
Germani tractabiliores redderentur: mores incultos haud corrigi, nec reli-
gionem Christianam altiores agere posse radices, gloriosissimae memoriae Im-
perator quam prudentissime animaduertat. In suo ipsius palatio locus
Scholae, cui Palatinae nomen, datus viros tradendarum artium peritissimos
ostentaret. Iubente quoque Augustissimo in Monasteriis Scholae, Mona-
sticae itemque Claustrales dietae, audiebantur institutae, ac in Episcopatibus
Cathedrales ardens diuinam summi Numinis gloriam augendi amplificandi-
que studium abunde restabantur.

Vtinam consilia omni laude celebranda pernascent ac officinarum bo-
narum artium nomen Monasteria essent tuita: ast optimas constitutiones fec-
cundissima iniquitatis, lasciuiae & ineptiarum mater, honestarum artium
ignorantia, mirum in modum deturpauerat. Instauratis tandem diuina
providentia sacris magno & excelso animo vir, B. *Lutherus*, omnibus con-
tenderat viribus, vt pristina dignitate Ludi superbirent litterarii. Quem vsu
Scholae & reipublicae salutem adferant animis atque cogitationibus magni
Principes complexi, earundem in suis ipsorum terris extruendarum stabili-
endarumque Auctores Tutoresque ad hoc temporis momentum ac Nutri-
tores fuerunt munificentissimi. Quom non sine DEI O. M. impulsu gentes
sub aere sat crasso viuentes publicas Scholas erigendas curarunt, erectas sin-
gulari

PK 119 21

gulari eruditione & sapientia praediti viri doctrinis saluberrimis illustres redderunt. illustres redditas summi terrarum Principes tui sunt atque nutriti: flocci eadem, B. L. habendas esse arbitrarere?

Cogitationes animum de litterarum humanitatis Ludo subituras esse credideris, vt ne, quibus imbuendi negotium demandatum sit, insimul in mentem veniant? Ab ipso sacrorum in integrum restitutorum aeuo communem Docentibus Ludimoderatorum appellationem fuisse procul dubio largiri: quod candidae antiquitatis indoles a superbis honorum titulis longe scribitur alienissima, virisque Ludos moderantibus vix conuenientius nomen inueniendum fuit. Discendi ardore sensim adaucto ac discentium numero crescente in ordines Scholae sunt diuisae, & in eo altiori est collocatus, quo quisque Musarum Alumnorum magis assiduam humanitatis litteris nauauit operam. Eundem tamen honestum licet Ludimoderatoris titulum cum ipso in locis celebrioribus Scholae post obsoleuisse, abunde constat: in Ludis enim quadam modo laude celebratis illos exceperunt Magistri, vt & Praefecti, a quorum quolibet proximus supremus vocatus est; reliqui vero Baccalareii dicti, aut relictus Bacularii: quoniam non a lauri baccis idem deriuandum, sed a bacillis, quibus olim honoris insignium instar utebantur. Recentissima tempestate quo magis gloriae fama aliae atque aliae ciuitates florere ceperunt, hoc Scholae, quae diuersis, *Diss. II. de Aequiuocis*, insigniuntur compellationibus, sunt celebriores & hoc plures litteris aequae ac artibus tam puerilem, quam adultam aetatem ad humanitatem informant. Illustrium Gymnasiorum doctores Directorum, Rectorum, Professorum, Pro-Con- & Subcon-Rectorum, itemque & Tertiorum titulis ornantur, Aliis aequae celebribus Scholis Rectores praesunt, quibuscum studiolum iuuentutem insistant Subrectores, Conrectores; teneriorem aetatem Cantores, Bacularii, Collaboratores; in aliis Tertii, Quarti, Quinti, Sexti, Septimi, Hypodidascali non sunt incogniti. Triuales, quas nuncupant, Scholae pro ordinum numero totidem gaudent Praeceptoribus, quorum Capita Rectorum pariter nomine veniunt.

Iure Naturae nihil impedit, quo minus quilibet alios imbuendi sibi potestatem adsumat; ciuili, instituendi munus caueant sibi, nisi iuuentutis qua mentem, qua os, qua mores recte formandos sint artifices, & ad idem obendum rite vocati, arrogant. Vt & viris pietate in DEVM non fucata, itemque doctrina non vulgari, vt non ludicarum artium eruditis, iuxta prudentia non immatura condecoratis, superiores credantur ordines; omnino necessarium esse, quis est, qui non intelligat? Etenim nisi omnium virtutum fundamento docentes nituntur, qua ratione discentibus laudabili praestantique exemplo sunt praecituri? Qui praeterea linguas disciplinasque ac scientias non perspicunt planeque cognoscunt, nonne ad erudiendam iuuentutem hos tam ineptos habebis, quam luminibus captos duces iterum oculorum acie priuatorum? Mira quidem incrementa sua ipsorum humanitatis studia discentes litteris imbuendo consecutura esse arbitrentur: sed fallentur profecto egregie. Fac, vt iidem magistri Didactices praecepta instituendique Methodum non satis imbibebint; fac, vt linguarum principia & disciplinarum principia primoribus tantum labris gustauerint: tantum abest, vt exspectata ad eorum litteras ipsa institutione augmenta sint accessura, vt potius eadem non exiguum in studiis damnum discentes putem facturos. Contra ea exhaustis, quae scitu feruntur necessariae, scientiarum fontibus, & res animo diligenter reuoluendo, & libros, qui argumenta ita exueulerunt, vt propemodum nihil sit reliqui, sedulo perlustrando, & genuinos veritatis rerumque gestarum testes etiam atque etiam consulendo cognitionem demum obtineri posse longe solidiorum, ac huiuscemodi doctores ad instituendos discipulos omnino esse idoneos, non est, cur repugnem.

110

ma curae partem in Samue-
torem iuxta & filium, Timo-
tens, Pyridice, Orphei coniux,
lerunt; pariter ac Aurelia,
inque singulae in suis ipsa-
a excultis res nota est atque
& custodiam propinqua ad-



VI.
SCHOLAE MODERATORIS CHARACTERES

SERENISSIMVS PRINCEPS AC DOMINVS,
DOMINVS
FRIDERICVS III,

DVX SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE QVOQVE ET WESTFALIAE,
COMES PROVINCIAE THVRINGIAE, MARCHIO MISNIAE, PRINCIPIS DIGNITATE COMES
HENNEBEGIAE, COMES MARGAE ET RAVENSBERGAE, DYNASTA RAVEN-
STEINI, TONNAE, REL.

OPTIMVS PATRIAE PRINCEPS AC DOMINVS NOSTER LONGE
CLEMENTISSIMVS

QVVM VII. KALEND. MAII, MDCC LII,

DIEM NATALEM EXOPTATISSIMVM

FAVSTISSIMO SIDERE REDEVNTEM VIDERET, VT AD EVM DEVOTISSIME CELEBRANDVM
VIRI,

PERILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIMVS

DVICAL, EISENBERG, PRAEFECTVRAE PRAESES,

SERENISSIMO DVCI SAX. GOTH. A CONSILII INTIMIS, REL.

ILLVSTRES ET GENEROSISSIMI AVLAE PROCERES,
INSPECTORES SCHOLAE GRAVISSIMI,

IN HISQVE

EPHORVS MAXIME VENERABILIS

ET QVOTQVOT

MVSARVM ALVMNIS PATROCINANTVR FAVENTQVE, PIETATE

POTISSIMVM ET REVERENTIA

IN CLEMENTISSIMVM PATRIAE PATREM DEVOTISSIMA MOTI,

HORA IX. EIVSDEM DIEI LAETISSIMAE IN ACROATERIO MAIORI,
SEPOSITIS AD BREVE TEMPVS NEGOTIIS, ITERVM FREQVENTES COMPARERE
NE DEDIGNENTVR,

QVA MODO FIERI POTEST REVERENTIA ATQVE HVMANITATE INVITAT
M. IOH. DAVID GSCHWEND, RECTOR.



IENAE, LITTERIS WERTHERIANIS.